



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

1. Quòd reditus ad seculu[m] multu[m] sit timdend[us].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

de mundo transit ad claustrum bene ordinatum, gaudere debet: sicut illi qui per arcam à periculo diluuij fuerunt liberati: & sicut Loth ab incendio Sodomorum saluatus fuit; & sicut filij Israel gauisi sunt, cum seruitutem Pharaonis & exercitum eius euaserunt: & sicut pueri à fornace ignis Babylonica fuerunt liberati. Qui mundum pro Deo reliquerunt, si id pro quo reliquerunt, viderent, non pœniterent, nec se deceptos esse crederent. Dicitum est de Ninie, quæ tenet figuram mundi: Qui viderit te, resiliet à te: dicitum est de muliere forti: Gustauit & vidit quoniam bona est negotiatio eius. Simile est regnũ cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Qui nunc tristatur, labore & malorum perpeffione regnũ emendo: gloria-bitur illo obtento. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur.

Nam. 3.

Pro. 6. 11.

Matth. 13.

Pro. 26.

INCIPIT TERTIA PARS PRIMI LIBRI, quæ monet vt eductus de seculo, nec corde, nec corpore ad seculum redeat. In cuius primo capitulo ostenditur, quòd reditus ad seculum multum sit timendus.

CAPVT I.

Multum timendum est ei, quem Dei bonitas de seculo eduxit, ad illud redire corde vel corpore: ante professionem, vel facta professione. De reditu post professionem;

nem; hoc patet: Qui enim sic ad sæculum redit: à Deo recedit & perit. Aug. in lib. Soliloquiorum. *Lib. 1. cap. 1.*
 Deum quem relinquere, hoc est, quod perire. *parum ante med.*
 Iste recessus à Deo multum habet confusionis. *Hier. 17.*
 Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur. Verè confusione dignus est, qui eum relinquit timore mali, in quo nihil habetur mali.
 Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Quod alij esset malū, ei est bonum. *Eccl. 8.*
 Dignus etiam est confusione, qui ei præponit aliquid bonum, in quo omne bonū, & quo amisso nullum retinetur bonū. Dixit Dominus Moyfi: *Exod. 33.*
 ostendam tibi omne bonum. Omne bonum, est Deus: & illo amisso, omne bonum amissum est. *Osee 8.*
 Projecit Israel bonum. Bonū vniuersaliter proiicit, qui Deum deserit. Seneca. Nihil est homini bonum, sine se bono. Cum Deo bene est homini: sine ipso non. Dicite iusto, quia bene. August. *Colligitur ex epist. 77.*
 Tale bonum est Deus, vt nemini eum deserenti bene fit. Verè confusione dignus est, qui eum relinquit à quo existit: & qui eum redemit. Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Domini creatoris tui. Ingratus sensu dereliquit liberantē se. Verè confusione dignus est, qui pessimum Dominum, optimo præponit. Dixit Petrus Domino quærenti à discipulis, an vellent abire: *Ioan. 6.*
 Domine ad quem ibimus? Malitia Domini ad quem itur, cum à Deo receditur, multum deberet cohibere à recessu ab ipso. Maximè in futuro à Deo cōfundentur, qui à Deo recedūt, quando manifestum erit toti mundo, quòd ipsi sunt qui dixerunt Deo, Recede à nobis. Tunc Deus *Tob. 1.*
 relictus ab eis, reddēs eis vicē dicet eis: *Psal. 2.*
 Discedite
 à me

Matth. 7.
Et 25.

à me qui operamini iniquitatem. Discedite à me maledicti in igné æternum. Discessus iste à Deo multum prouocat eius indignationem: cùm miser vermiculus Dominū maiestatis sine culpa eius dimittit. Solent magni Domini seruitores suos aliquādo dimittere: sed Dei benignitas seruiantes sibi non dimittit, nisi eum dimittant. Augustin. Nemo te amittit, nisi qui te dimittit. Magnitudo diuinæ indignationis aliquando ex hoc apparet, quòd Deus permittit apostatas in

Hier. 42.

tanta miseria esse in hoc sæculo. Conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Ægyptum. Apostatæ sunt arbores infructuosæ bis mortuæ. In canonica Iudæ: Mundo moritur cùm de sæculo egreditur: Deo moritur, cùm ad sæculum reuertitur. Fructum seu vtilitatem vitæ qua mundo viuatur, amittit in monasterij ingressu: vtilitaté vitæ qua viuatur Deo, in egressu:

Prouerb. 6.

& sic factus est homo inutilis. Iuxta illud: Homo apostata, vir inutilis.

*Quod multa sunt reditum ad seculum
dissuadentia.*

CAPVT II.

Ioan. 11.

Religiosus cui tentator suadet vt ad sæculum redeat, ista ad sui stabilimentum at- tendere debet. Saluator Lazarum ad vitam sæculi reuersurum plorat. Qui non plorauit moriturum, plorauit ad sæculum reuersurum. Magis expediret aliquibus mori, quàm ad sæculum reuerti, quia iuxta verbum Senecæ: Maius est periculum malè viuendi, quàm citò moriendi. Item

Matth. 27.

Saluator Iudæis suadētibus, vt de cruce descenderet,